



**Stadtgymnasium
ehemaliges Rats-Lyceum
zu Stettin.**

XXXI. Programm

Ostern 1900.


Inhalt:

1. De Varrone Plinii in naturalis historiae libro VIII auctore commentatio. Vom Oberlehrer DR. PAUL RUSCH.
 2. Schulnachrichten. Vom Direktor DR. HUGO LEMCKE.
-

STETTIN.

Druck von Herrcke & Lebeling.
1900.

1900. Progr.-No. 155.



Digitized by Google
Digitized by Google
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

De Varrone Plinii

in naturalis historiae libro VIII auctore commentatio.

In libro suo, qui inscribitur „Beiträge zur Quellenkritik der Naturgeschichte des Plinius“ pag. 411 sqq. Münzer doctissime conatus est demonstrare Plinium in libro VIII naturalis historiae § 71 sqq., cum animalia, quae in Aethiopia vivunt, describeret, Jubae regis libris de oriente et de Libya scriptis usum esse. Qua in re Münzer Wellmannum secutus est, qui Hermes XXVII pag. 389 sqq. docuit Plinium descriptionem elephantorum ex Jubae libris hausisse. Plinium autem non solum quae de animalibus Aethiopiae sed etiam quae de animalibus Indiae narravisset ab eodem auctore comperisse Münzer coniecit. Idem iam antea Montigny quaestionum in Plinii de animalibus libros pag. 14 contenderat. Et re vera Jubam de animalibus Indiae dixisse ex Aeliani de animalium natura l. XVI c. 15 appareat, ubi ille de formicis Indicis testis laudatur; tamen mihi persuadere non possum §§ 71—76 Plinium descriptionem animalium Aethiopiae et Indiae ex regis Mauritanie libris sibi petivisse. Quibus locis narrationes de pugna elephanti cum rhinocerote, de sphingibus et crocotta, de tauris silvestribus cum Agatharchidis fr. 71. 73—77 (Müller) et Artemidori verbis ap. Strabonem XVI C. 774 sq. consentiunt, et §§ 72. 75 sq. descriptionem cercopithecorum Indicorum, monocerotis, fortasse etiam mantichorae, ubi Ctesiam testem laudat, simiarum candardium a Megasthene traditam esse ex Strab. XV p. 703 et 710 (fr. 10. 13 M.) verisimillimum est. Nihilo secius dubito, an alii scriptori atque Jubae hanc doctrinam Plinius debuerit. Nam § 72 de crocotta Agatharchidem secutus dicit eum velut ex cane lupoque conceptum esse, § 107, ubi Jubae libris eum usum esse constat, crocottam ex hyaena et leaena Aethiopica ortum nominat, § 75 Ctesiam secutus narrat vocem mantichorae esse „ut si misceatur fistulae et tubae concentus“ sed hoc animal vocem humanam imitari retinet, § 107 legimus: „sermones imitari et mantichoram in Aethiopia auctor est Juba.“ Quae narrationes etiam apud Aelianum diversis locis inveniuntur. Plinii enim verba § 71 de pugna elephanti cum rhinocerote et § 74 de tauris silvestribus cum Aeliano XVII, 44 et 45 consentiunt, § 106 et 107 de hyaena et crocotta cum Ael. VII, 22. Itaque efficitur aut Jubam diversis locis librorum suorum de his bestiis locutum esse et altero loco Agatharchidis, altero suam sententiam dixisse aut verba Agatharchidis ex alio fonte § 71 sq. et § 74 a Plinio et XVII, 44 sq. ab Aeliano petita esse ac narratiunculas ab illo § 106 sq., ab hoc VII, 22.

De descriptione ichneumonis et crocodili § 88—90 Münzer dubitat, num Plinius eam ex Jubae libris habuerit compertam. Et recte eum dubitasse contendeo. Nam pugnam ichneumonis cum aspide describens § 88 Plinius ad eundem fontem redit atque Aelianus III, 22 et Plutarchus in libro de sollertia animalium 10, 4:

Plin: deinde internecivum bellum cum ichneumone. notum est animal hac gloria maxime in eadem natum Aegypto. mergit se limo saepius siccatus sole. mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricavit, in dimicacionem pergit. in ea caudam attollens ictus irritos aversus excipit, donec obliquo capite speculatorus invadat in fauces.

Ael: Αλγυπτίων μάχη θηρίων ἀσπίδος καὶ ἐχρεύμονος. καὶ ὁ μὲν ἐχρεύμων οὐκ ἀβούλως. οὐδὲ ἐκπλήκτως ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἀφικνεῖται τὸν πρὸς τὸν ἀντίπαλον, ἀλλ᾽ ἡς ἀνὴρ πανοπλίᾳ φραξάμενος, οὗτος ἐκεῖνος τῷ πηλῷ ἔγκυλίσας ἔαντὸν καὶ ἀναπλήσας τοῦ περιπαγέντος ἔσικεν ἔχειν ἀρκοῦν πρόβλημα καὶ στεγανόν. εἰ δὲ ἀπορεῖ εἴη πηλοῦ, λουσάς ἔαντὸν ὕδατι καὶ ἐς ἄμμον βαθεῖαν ὑγρὸν ἔτι ἐμβαλὼν ἐν τῆςδε τῆς ἐπινοίας τὸ ἀμυντήριον ἐξ ἀπόρων σπάσας, ἐπὶ τὴν μάχην ἔρχεται.

Plut: ὁ δὲ ἰχνεύμων ἀκηκόατε δίπονθεν ἀσούδεν ἀπολείπει θωρακιζομένον πρὸς μάχην ὄπλιτον· τοσοῦτον ἐλύσις περιβάλλεται καὶ περιπήγνυσι τῷ σώματι χιτῶνα, μέλλων ἐπιτίθεσθαι τῷ κροκοδείλῳ.

Aristotelem, qui in hist. an. 9, 612 A 16 pugnam disserit, neque Plinius neque Aelianus et Plutarchus hoc loco secuti sunt. Nam ille ichneumonem alias sui generis bestias convocantem facit, quae eum contra aspidem adiuvent, hi de ea re nihil commemorant. Aelianus multo accuratius pugnam exponit quam Plinius; Plutarchus de pugna tacet et aspidem cum crocodilo confundit, de quo auctores similia tradiderunt, ut postea videbimus.

§ 89 Plinius postquam magnitudinem crocodili plerumque duodeviginti cubita excedere dixit, cum Aristotele dissentiens, qui h. a 6, 558 A 23 docuit αὐξανόμενος δὲ γίνεται καὶ ἐπτακαλδεκα πήχεων, et de ovis crocodili exposuit, in descriptionem ex Aristotelis libris translatam alias narratiunculas inserit, quae apud Aristotelem non inveniuntur et exemplum divinationis eius beluae affert, quod cum Ael. V, 52 et Plut. 34, 1 sq. comparandum est:

Plin: eaque (sc. ova) extra eum locum semper incubat prae-divinatione quadam ad quem summo auctu eo anno egressurus est Nilus.

Ael: καὶ αἱ χελῶναι δὲ καὶ οἱ καρκίνοι καὶ οἱ κροκόδειλοι τὰ ἦδα κατὰ τὴν ὥραν τὴν αὐτὴν μετακομίζονται ἐς τὰ ἄβατα τῷ ποταμῷ καὶ ἀνέφικτα· καὶ ἐντεῦθεν ἥδη λογίζονται οἱ ἐντυγχάνοντες τοῖς τῶν προειρημένων φόῖς ὁ Νεῖλος ἀνελθὼν ἐς πόσον ἐπαρθεύσει σφίσι τὴν γῆν.

Plut: Τῶν δὲ κροκοδείλων τὰ μὲν ἄλλα παραπλήσια, τῆς δὲ χώρας ὁ στοχασμὸς ἐπίνοιαν ἀνθρώπῳ τῆς αἵτιας οὐ δίδωσιν, οὐδὲ συλλογισμὸν· ὅθεν οὐ φασὶ λογικὴν ἄλλὰ μαντικὴν εἶναι τὴν περὶ τούτου τοῦ θηρίου πρόγνωσιν· οὔτε γὰρ πλέον οὐτ' ἔλαττον ἐκβᾶσα, ἀλλὰ ὅσον εἰς ὥραν ἔτοις ὁ Νεῖλος αὐξηθεὶς ἐπικλίνει καὶ ἀποκρύψει τῆς γῆς, ἐκεῖ τὰ φὰτιθησιν· ὥστε τὸν ἐντυχόντα τῶν γεωργῶν αὐτὸν γινώσκειν, ἐτέροις τε φράζειν, ὄπόσον αὐτοῖς ἐποταμὸς πρόσεισιν· οὕτω συνεμετρήσατο, μὴ βρεχομένου αὐτὸς βρεχόμενος ἐπωάζῃ.

Etiam haec narratiunculae eandem originem habere videntur quam ea, quae Plinius § 90, Aelianus VIII, 25, Plutarchus 31, 2 sq. de amicitia trochili cum crocodilo tradunt:

Plin: hunc saturum cibo piscium et semper esculento ore in litore somno datum parva avis, quae trochilus ibi vocatur, *rex avium in Italia*, invitat ad hiandum pabuli sui gratia, os primum eius ad sultim repurgans, mox dentes et intus fauces quoque ad hanc scabendi dulcedinem quam maxime hiantes, in qua voluptate somno pressum conspicatus ichneumon per easdem fauces ut telum aliquod immissus erudit alvum.

Ael: ὁ μὲν τροχίλος ἔρνις ἐστὶ τῶν ἔλειων εἰς, καὶ παρὰ τὰς ὅχθας τῶν ποταμῶν ἀλάται καὶ ὅτι ἀν τύχῃ παρεκλέγων βόσκεται, τρέφει δὲ αὐτὸν καὶ ὁ κροκόδειλος οἷς εἶπον. καὶ ἐκεῖνος αὐτὸν ἀμείβεται καθεύδοντος προμηθῶς ἔχων καὶ ὑπεραγρυπνῶν αὐτὸν· κειμένῳ μὲν γάρ καὶ ὑπνώττοντι ἐπιβουλεύει ὁ ἰχνεύμων, καὶ ἐμφὺς τῇ δέρῃ πολλάκις ἀπέπνιξεν αὐτὸν· ἀλλ ὁ γε τροχίλος βοᾷ καὶ παίει κατὰ τῆς δινός αὐτὸν καὶ ἀνίστησι καὶ πρὸς τὸν ἔχθρὸνύποθήγει.

Plut: ὁ γάρ τροχίλος ἐστὶ μὲν ὄρνις τῶν ἔλειων καὶ παραποταμίων, φρουρεῖδὲ τὸν κροκόδειλον οὐκ οἰκόσιτος ἀλλὰ τοῖς ἐκείνοις λειψάνοις παρατρεφόμενος· ὅταν γάρ αἴσθηται τὸν κροκόδειλον καθεύδοντος, ἐπιβουλεύοντα τὸν ἰχνεύμονα πηλούμενον καὶ ἐπ' αὐτὸν ὥσπερ ἀθλητὴν κονιόμενον, ἐπεγίρει φθεγγόμενος καὶ κολάπιων. ὁ δὲ οὗτος ἐξημεροῦται πρὸς αὐτὸν, ὥστε τοῦ στόματος διαχανὼν ἐντὸς παρίστη καὶ χαίρει τὰ λεπτὰ τῶν ἐνισχυμένων τοῖς ὀδοῦσι σαρκῶν ἐκλεγοντος ἀτρέμα τῷ δάμφει καὶ διασκαλεύοντος. e. q. s.

Hoc loco de auctore Plinii certius aliquid statui licet. Nam quod Plinius trochilum regem avium in Italia appellat, etsi Aristoteles h. a. 9, 11, 615 A 19 eum modo „πρέσβυς καὶ βασιλεὺς“ nominat, probatur, cum ea verba scriberet, aut scriptorem Romanum aut linguae et rerum Romanarum peritum ei in manibus fuisse. Plutarchus vocibus πηλούμετον καὶ ἐπ' αὐτὸν ὡς ἀθλητὴν κονιόμενον in eundem errorem incidit atque c. 10, 4, pugnam ichneumonis et aspidis cum pugna illius animalis et crocodili confundens. Hoc facile ei contingere potuit, si in fonte suo utramque narrationem de ichneumone, quo modo cum aspide pugnaret et quo modo crocodilo insidias pararet, uno loco legit. Ea enim quae Plinius §§ 88 et 90 commemorat, ab auctore eius una tradita esse ex Antigono Carystio (ed. Keller) c. 32 et 33 et ex Strabone XVII C. 812 elucet.

Ex eodem fonte, unde § 89, etiam § 95 a Plinio sumptus erat. Nam cum § 89 cum Aeliano V, 52, § 95 cum Aeliano V, 53 consentiant, suspicor etiam has narrationes Plinium uno eodemque loco legisse. § 89 de praedivinatione crocodili dixit, § 95, postquam de natura hippopotami disseruit, de consilio et providentia eius beluae pergit: *depascitur segetes destinatione ante, ut ferunt, determinatas in diem et ex agro ferentibus vestigiis, ne quae revertenti insidiae comparentur.* Idem invenimus apud Ael. V, 53: οἱ ἵπποι οἱ ποτάμιοι τοῦ Νείλου μέν εἰσι τρόφιμοι. ὅταν δὲ τὰ λίτρα ἐνακμάζῃ καὶ ὥστι οἱ στάχνες ξανθοί, οὐκ ἀρχονται παραχρῆμα κείρειν αὐτοῖς καὶ ἐσθίειν, ἀλλὰ παραμείβοντες ἔξωθεν τὸ λιόν τοχάζονται πόσον αὐτοὺς ἐμπλίσει μέτρον εἴτα λογισάμενοι τὸ ἀποχρῆσον σφίσιν ἐμπίπτονται καὶ ἀναχωροῦσιν ἐπὶ πόδα ἐμπιπλάμενοι, τὸ δεῖνα τοῦ ποταμοῦ κατὰ νότον λαβόντες. πεφιλοσόφηται δὲ ἄρα τοῦτο αὐτοῖς, ἵνα εἴ τινες τῶν γεωργῶν ἐπίοιεν ἀμνούμενοι, οἵ δὲ ἐκ τοῦ δάστον ἐσ τὸ ὑδωρ καταδραμεῖν ἔχοιεν, τοὺς πολεμίους ἀντιπροσώπους, ἀλλὰ οὐκ ὄπισθεν οἱ ἵπποι οὐτοὶ δοκεύοντες.

Plinium ex Romani alicuius scriptoris libro descriptionem crocodili transtulisse etiam § 91 sq. demonstratur. Ibi enim audaciam et ignaviam crocodilorum auctor noster fere iisdem verbis describit, quibus Seneca quaest. nat. IV, 2, 15. Postquam enim hic Balbilli auctoritatem secutus pugnam crocodilorum cum delphinis eodem modo quo Plinius narravit, ab eo crocodilus animal nominatur

,,fugax audaci, audacissimum timido.“ Etiam Plinius de crocodilo dicit § 92: „terribilis haec contra fugaces belua est, fugax contra sequentes.“ Itaque cum in indice libri VIII neque Balbilli neque Senecae nomen ab eo commemoretur, suspicor et Balbillum, virum illum „profectus in omni literarum genere rarissimi“, quamquam se ipsum pugnam vidiisse dicit, et Plinium ab eodem scriptore Romano historiam comperisse. Eum autem Varronem fuisse contendeo. Nam Plinius sequente paragraphe de Tentyritis loquitur, quos crocodilis tantum terrorem incere novit „ut voce etiam sola territos cogant evomere recentia corpora ad sepulturam.“ Qua de causa „uni ei insulae crocodili non adnatant, olfactuque eius generis hominum ut Psyllorum serpentes fugantur.“ Etiam XXVIII, 31 Plinius, Psyllis Marsis Ophiogenibus nominatis pergit: „nam in insula Tentyri gentes tanto sunt crocodilis terrori, ut vocem quoque eorum fugiant,“ et VII, 13 sqq. Varrone et Agatharchide laudatis de natura illarum gentium accuratius exponit. Unde apparet Varronem de illis gentibus scripsisse et Agatharchidis descriptionem in libros suos recepisse. Quod si verum est, colligere possumus etiam narrationes Plinianas §§ 71—76, ubi Plinium Agatharchidis libros secutum esse supra demonstravimus, ex Varrone promptas esse. Id eo probatur quod § 104 verba: „citra Cynamolgos Aethiopas late deserta regio est a scorpionibus et solipugis gente sublata,“ Varronis sunt, qui ea ex Agatharchide (cf. fr. 59 Müll.) hausit, sed pro Rhizophagum gente Cynamolgos finitos substituit, et eodem Plinii paragraphe narratiuncula ab ranis civitatem in Gallia pulsam esse, a Varrone tradita est. Idem Agatharchides ap. Diod. III, 30, 2 (fr. 59) scripsit de Autariatis gente Illyrica et Ael. XVII, 41 eundem auctorem secutus est: βάτραχοι δὲ ημιτελεῖς πεσόντες ἐξ ἀέρος πολλοὶ Αὐταριάτας μετώπισαν ἐς χῶρον ἔτερον. Quam gentem iam diu excisam Varro cum non novisset, sedem eius non in Illyria, sed in Gallia esse putavit.

Narratiunculis ex Plinii, Aeliani, Plutarchi libris a me ascriptis de inimicitia ichneumonis cum aspide et crocodilo, delphinorum cum crocodilis, de amicitia trochili cum his beluis, de sagacitate hippopotami, de praesagitione crocodili probatur illas bestias consili non expertes esse, quo ab hostibus se et alias defendant, et ratione inferiores non esse quam homines. Similia narrant Plinius § 103, Aelianus VI, 41 et 24, Plut. de soll. an. 13, 2:

Plin: ruinis imminentibus musculi praemigrant.

est inter ea locis rigidibus et volpes, animal aliqui sollertia diuum . . . obser-vatum eam aure ad glaciem adposita coniectare crassitudinem gelus.

Ael: πεπίστευται δὲ καὶ ἐξ οἰκίας ἀπάσης, ἥτις μέλλει πεσεῖσθαι ἢ ποδῶν ἔχουσι μετοικίζεσθαι πάντας (sc. τοὺς μῆνας).

Ael: οἱ δέ Θράκες τῆς τῶν ποταμῶν πήξεως τῆς οὐ σφαλερᾶς ποιοῦνται γνώμονα τὴν διαδράμη τὸν κρύσταλλον μὴ ἐνδιδόντα μηδὲ εἴκοντα τοῖς ἐκείνης βήμασι, θαρροῦσι καὶ ἐπονται. πεῖραν δὲ αὐτὴν ποιεῖται τοῦ μη σφαλεροῦ πόρον τὸν τρόπον τοῦτον. παραβάλλει τὸ οὖς τῷ κρυστάλλῳ· καὶ μὲν αἰσθηται μὴ ὑπηκοῦν κάτωθεν τὸ ζεῦμα μηδὲ ὑποψοφοῦν ῥονκῇ ἐς βάθος, ἡ δὲ ὡς ἐστῶτι τῷ κρυστάλλῳ θαρρεῖ, διαθεῖ τε ἀτρέπτως· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἀν ἐπιβαίνῃ.

Plut: οἱ δὲ Θράκες ἔπι νῦν ὅταν παγέντα ποταμὸν διαβαίνειν ἐπιχειρῶσιν, ἀλάπεκα ποιοῦνται γνώμονα τῆς τοῦ πάγου στερρότητος ἥσυχη γὰρ ὑπάγοντα παραβάλλει τὸ οὖς· καὶ μὲν αἰσθηται ψόφῳ τοῦ δεύματος ἐγγὺς ὑποφερομένον, τεκμιαρομένη μὴ γεγονέναι διὰ βάθους τὴν πήξιν, ἀλλὰ λεπτὴν καὶ ἀβέβαιον, ἵσταται, καὶ ἐπιτίθεται, ἐπανέρχεται· τῷ δὲ μὴ ψοφεῖν θαρροῦσα διῆλθε.

Easdem quoque narrationes de pugna ichneumonis et crocodili, de magnitudine crocodili et ovis eius, de trochilo apud Antigonus Carystium c. 32. 91. 33. invenimus. Praeterea multi alii loci libri VIII Pliniani et librorum Aelian et Plutarchi cum illo scriptore congruent. Quos locos fere omnes ex Aristotelis et Theophrasti libris sumptos exscribere longum est, satis habeo breviter eos enumeravisse.

Plin. VII, 40 de bonaso bestia in Pa-

onia vivente idem nar-

rat quod

62 de pardale, quomodo alias

bestias alliciat

83 de partu lupae

88 de ichneumonis pugnacum

aspide

89 de magnitudine et ovis

crocodili

90 de trochilo et crocodilo

93 de Psyllis

97 de cervis Cretensibus . .

98 de testudine et mustella,

quomodo contraserpentes

vires refoveant.

de sue, quomodo ex ser-

pentium ictibus se reficiat

111 de stelionibus senectutem

exuentibus

112 de cervis ad semitas pa-

rientibus

113 sq. quomodo hinnuleos

cursu et fuga exerceant

et musica capiantur . .

115 de cervis dextrum cornu

defodientibus

122 de chamaeleone

124 de tarandro

146 quomodo saevitia canum

mitigetur

156 de castitate equi Scythici

165 de beneficio equino, hip-

pomane appellato

189 quomodo tempestas va-

rios partus pecudum effi-

ciet et color pullorum

praesciendus sit

203 pecudum observatio siderum

204 quomodo caprae stupe-

fieri possint

212 quomodo sues ad pug-

nam se praeparent . .

Ael. VII, 3

Ant. Car. 53

Arist. h. a. 9, 630 A 18

" V, 40

Plut. 24, 3

" 31

" "

9, 612 A 12

" IV, 4

" 56

" "

6, 580 A 15

" III, 22

" 10, 4

" 32

" "

9, 612 A 15

" III, 11

" 31, 2—3

" 33

" "

9, 612 A 21

" III, 11

" 20, 8

" 30

" "

9, 612 A 1

" III, 5

" 20, 2

" 34, 35

" "

9, 612 A 24

" III, 17

" 20

" "

Theophr. fr. 175 W.

" VI, 11

" 16, 7

" 29

" "

6, 578 B 16

" "

6, 578 B 20

" "

9, 611 B 26

" "

" III, 17

" 20

" "

6, 577 A 8

" "

175.

" VII, 27

" 103

" "

6, 574 A 1

" VII, 8

" 60

" "

9, 611 A 4

" "

107

" "

9, 610 B 30

" "

175.

" "

102

" "

6, 571 B 16

| | | | |
|---|------------|--------------------------------|---------------------------|
| Plin. VIII, 221 de muribus ferrum rodentibus | Ael. V, 14 | Ant. Car. 18 | Theophr. fr. 174, 8. |
| 226 de talpis Boeotii . . . | " XVII, 10 | " 10 Arist. h. a. 8, 605 B 31 | |
| in Ithaca lepores non esse . | | " 11 " 8, 606 A 2 | |
| 228 in Africa nec apros nec cervos | " XVII, 10 | " 11 " 8, 605 B 6 | |
| 227 de ranis Seriphis . . . | " III, 37 | " 4 | Theophr. ap Ael. III, 37. |
| 229 de scorpionibus in Latmo monte indigenas tantum interimentibus | " V, 14 | " 16 Arist. ap Plin. laudatur. | |

Plinii igitur et Aeliani et Plutarchi auctores librum paradoxographi alicuius Antigoni sime descripserunt. Nam Antigoni ipsius compendium inspexisse non possunt, cum is nusquam de eis rebus Theophrastum laudet, de quibus Aelianus, Plutarchus, Plinius eum testem proferunt, sed saepius Aristotelem auctorem suum nominet. Plinium autem epitome de rebus mirabilibus scripta usum esse inde apparet, quod § 44 quidem dicit se volumina Aristotelis de animalibus cum iis quae ignoravisset in artum collegisse, ut Antig. Car. c. 60 idem de se praedicat se suscepisse τὸ ξένον καὶ παράδοξον ἐκ τε τούτων (sc. e libris Aristotelicis) καὶ τὰν ἄλλων ἐπιδραμεῖν, sed Aristotelis et Theophrasti libros Plinium ipsum excerptisse nemo contendit. Tamen dubitari nequit, quin neque nostris scriptoribus idem opus in manibus fuerit neque Plinius eodem libro quo Antigonus usus sit. § 89 enim ille narrat crocodilo magnitudinem duodeviginti cubitorum esse, hic c. 91 Aristotelem secutus ἐπτακαιδεκάπηγχυν eum fieri, § 97 ille de cervis, Antig. 30 et Plut. 20, 8 de capris Cretenibus dicit, § 98 Plinius „mustellam ruta in murium venatu cum iis dimicatione conserta vires refovere“ Antig. 35 et Plut. 20, 2 mustellam, priusquam cum serpente pugnatura sit, πήγανον edere narrant, § 122 ille adicit chamaeleonem reddere colorem semper quemcumque proxime attigerit praeter rubrum candidumque, hi scriptores nesciunt eum rubrum candidumque colorem non accipere; § 228 narratio Pliniana de talpis Boeotii ab Antig. c. 10 differt, §§ 111 et 221 a Plinio Theophrastus, ab Antigono c. 20 et ab Aeliano V, 14, quamquam cum Plinio consentiunt, Aristoteles laudatur.

Plinium librum scriptoris Romani aut rerum Romanarum periti in descriptione crocodili adhibuisse supra demonstravi. Ex scriptoribus autem Romanis Varro § 104 de muribus in Gyara insula viventibus ipse citatur et aliis locis pluribus cum Plinio consentit. Quomodo enim color fetus ovium praesciendus sit, Plin. 189, Antig. 103, Varro r. r. II, 2, 4 et 14 eodem modo narrant:

Plin: atque in eo genere arietum maxime spectantur ora, quia cuius coloris sub lingua habuere venas eius et lanicum in fetu est, varumque, si plures fuere et mutatio aquarum potusque variat.

Praeterea Varro r. r. II, 7, 9 historiam de castitate equi Reatini afferit, quam Plinius § 156. Is enim postquam de equo Scythico narravit, quod Aristot. 9, 631 A 1 et Aelianus IV, 7, pergit:

aequa ex causa in
Reatino agro lacera-
tum prorigam inve-
nimus.

Ant: λευκὰ δὲ τὰ γεννώμενα γίνεσθαι, ἐὰν ὑπὸ τῇ γλώττῃ τοῦ κροῦ λευκαὶ φλέβες ὥστιν, μέλανα δὲ ἐὰν μέλαναται. ὥσαντως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πυρρῶν.

Varro: animadvertisendum quoque lingua ne nigra aut varia sit, quod fere qui eam habent nigros aut varios procreant agnos.

quamdiu admissura fit, eadem aqua uti oportet, quod commutatio et lanam facit variam et corrumpit uterum.

Varro: equus matrem salire cum adduci non posset, cum eum capite obvoluto auriga adduxisset et coegisset matrem inire, cum descendenti dempsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum ac mordicus interfecit.

Varro quidem hoc loco regionem, ubi res facta sit, non nominat, sed quid verisimilius est, quam Varronem, ipsum Reate natum, alio loco hanc historiam iterum narravisse et nomen loci, ubi res gesta esset, memoriae prodidisse. Etiam de dictamno herba ap. Plin. 97 (Antig. 30, Plut. 20, 8) Münzer l. l. p. 114 sq. demonstravit Varronem scripsisse. Quod si verum est, etiam de equis Scythicis narratiuncula ap. Plin. § 156 ex Varronis libris sumpta esse potest. Eum autem ex Theophrasto fabulam de muribus in Gyara insula ferrum rodentibus, quam ap. Plin. 221 legimus, prompsisse Münzer p. 21 docuit. Quam fabulam cum narratiunculis de scolopendris ap. Pl. 104 et de muribus § 132 in fonte Varronis uno eodemque loco stetisse ex Ael. XV, 26 in propatulo est. Etiam verba Plinii § 83 „*dies quibus coeat [lupus] toto anno non amplius duodecim*,“ ubi quod transtulit Varro non recte intellexisse aut, si mavis, Plinius errasse videtur, ex Varrone petita sunt, cum eas quae antecedunt historias Varronianas esse inter omnes constet et omnia, quae statim commemorantur, ex scriptoris Romani libro manavisse nemo sit qui neget. Illam autem Plinii de lupo narratiunculam velim conferas cum Ant. 56: φησὶν γὰρ αὐτοὺς ἀπαντάς ἐν δεκαδόῳ [ἱμέραις] τοῦ ἐνιαυτοῦ τίκτειν ε. q. s. et cum Ael. IV, 4.

§ 203 verba Plinii: „*capras in occasum declini sole in pascuis negant contueri inter sese sed aversas iacere, reliquis autem horis adversas et inter se cognationes*“, quae quidem a Plinio aut ab eius auctore parum intellecta cum Aristot. h. a. 9, 611 A. 4 sqq. et cum Antig. C. 60: τοὺς αἰπόλονς δέ φησι λέγειν, ὅτι ὅταν τάχιστα ὁ ἥλιος τραπῇ, ἀντιβλέπονται αὐτῷ (!) αἱ αἶγες κατάκεινται, consentiunt, ex Varrone hausta esse verisimile est. Nam quae antecedunt § 202: „*auribus eas spirare, non naribus, nec unquam febri carere Archelaus auctor est*“, apud Varr. r. r. II, 3, 5 leguntur: „*Archelaus scribit: non ut reliqua animalia naribus, sed auribus spiritum ducere solere pastores curiosiores aliquot dicunt*“, et verba quae sequuntur § 204 „*dependet omnium mento villus quem aruncum vocant. hoc si quis adprehensam ex grege unam trahat, ceterae stupentes spectant*“, Varronis esse Münzer l. l. p. 91 demonstravit. Haec etiam et ap. Arist. h. a. 9, 610 B, 30 et ap. Theophr. fr. 175 et apud Ant. Car. 107 leguntur: Τῶν δὲ αἴγων ὅταν μιᾶς τις λάβῃ τὸ ἄκρον τοῦ ὀρύγγου (ἔστιν δ'οἷον θρίξ) τὰς ἄλλας ἔσταραι οἷον μεμωρωμένας ἐμβλεπούσας εἰς ἐκεῖνην. Sed qui Plinii verba Archelao adscripta cum Varrone conferet, videbit ea aliis libro Varronis tribuenda esse quam libro de re rustica, cum hoc loco Varro de febri nihil commemoret.

Plinium igitur mirabiles historias, quae cum Antigono Carystio consentiunt, ex libro Varronio sibi petivisse demonstrare conatus sum. Sed etiam narrationes de crocodilo ex eodem fonte fluxisse mihi videntur. In quibus cum auctor Plinii et alios scriptores et Agatharchidem secutus sit, opinor eum etiam alia quae in Plinii libro VIII eidem scriptori attribuenda sunt, a Varrone didicisse.

Plutarchus ut animalia terrestria ratione praedita et in iis plerumque easdem virtutes eademque vitia esse quae in hominibus doceat, in libro qui inscribitur: πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα τὰ χεροῦτα ἢ τὰ ἔνυδρα 13, 7 sqq. Aristotimum nonnullas fabulas de prudentia canum aliarumque bestiarum facit narrantem, quae mirum in modum cum narrationibus consentiunt, quas in Aeliani libris VII et VIII de natura animalium invenimus. Tamen eum Plutarchi disputatione de sollertia animalium in libris suis usum non esse Wellmann (Hermes XXVI p. 531 sqq.) demonstravit.

13, 7 Plutarchus de Calvi Romani cuiusdam cane dicit, qui in bellis civilibus imperfectus sit, et narrat domino non prius caput abscidi potuisse quam canis, qui eum custodiebat, confossus esset.

Idem legimus apud Aelianum VII, 10. Eodem capite hic tradit Pyrrhum, regem Epiri, canem ad corpus domini trucidati sedentem invenisse, hominem sepiendum curavisse, canem secum duxisse. Postea cum Pyrrhus quondam milites suos inspexisset, canem qui adesset eos qui dominum suum necavissent inter milites cognovisse, furentem eos allatratuisse, ad Pyrrhum se obvertisse. Qua de causa hunc suspicantem milites illos aliquid nefarie commisisse, eos comprehendisse, examinavisse, homicidium confessos suppicio affecisse. Idem refertur a Plut. 13, 8 sq.

Hic §§ 11—13 eiusdem cap. cum Aeliano VII, 13 consentiens describit, quomodo canis, nomine Capparus, qui Athenis templum Asclepii custodiverit, hominem sacrilegum, qui res sacras de templo surripuisse, diem ex die secutum esse, obviis viatoribus ad blandientem et illum allatrantem, donec ei qui sacrilegum persequerentur in eum incidissent et eum in custodiā deduxissent. Eodem loco Aelianus breviter fabulam de mulo Atheniensi attingit, qui summo cum studio etsi aetate infirmior esset quam ut plastra, quibus lapides ad templum Athenae in arce struendum necessarii supportabantur, vehere posset, alios mulos, qui lapides supportabant, comitabatur et incitabat, ut officium exsequerentur. Quae narratio pluribus verbis ab Ael. VI, 49 et a Plut. 13, 14 perscripta est.

Sequentis capitī § 3 hic fabulam de cane Poli histrionis adiungit, qui una cum mortuo domino crenatus est, § 4 de elephanto Pori regis, qui, quamquam ipse saucius erat, summa cum pietate id solum spectavit, ut a domino vulnerato omnes quos potuit dolores propulsaret. Quibuscum Aeliani VII capita 40 et 37 sunt comparanda.

16, 2 sq. Plutarchus argumentum afferit astutiae muli Thalei Milesii, qui animadverterat salem in aqua colliquefieri. Itaque quotienscumque amnem transiit, se demisit et in utramque partem versavit, ut onus vasorum, in quibus salem portavit, minueret. Quod Thales cum audivisset, iussit vasa lana et spongiis impleri. Deinde postquam mulus rursus in fluvio se prostravit et aqua onus suum auxit, posthac ita caute fluvium transiit, ut vasa humore non tangerentur. Idem legimus ap. Ael. VII, 42.

17, 3 Plut. e vita Ptolemaei Philopatoris, ut elephantos in tutela deorum esse doceat, eandem rem narrat, quam Ael. VII, 44. Quam narratiunculam utriusque scriptoris ex Jubae libris sumptam esse inter omnes constat.

C. 20 Plut. Democrito auctore laudato explicat multas disciplinas et artes homines a bestiis didicisse. Ut ille 20, 4 et 7, ita Ael. VII, 45 eadem de ibide et elephanto scribit, deinde pergit referre Pyrrhum cognomine aquilae, Antiochum regem accipitris delectatum esse. Hoc etiam Plut. 22, 3 exhibet:

Plut. 20: *Γελοῖοι δ' ἵσως ἐσμὲν ἐπὶ τῷ μανθάνειν τὰ ζῷα σεμνύνοντες, ὃν ὁ Ἀημόκριτος ἀποφαίνει μαθητὰς ἐν τοῖς μεγίστοις γεγονόταις ἡμᾶς . . .*

4: *τῆς τ' ἰβεως τὸν ὑποκλυσμὸν ἀλμῇ καθαιρομένης Αἰγύπτιοι συνιδεῖν καὶ μιμήσασθαι λέγουσιν. οἱ δὲ ἱερεῖς ὄδατι χρῶνται, περιαγγίζοντες ἔαντοὺς, ἐξ οὗ πέπικεν Ἰβίς . ἀν γὰρ ἡ φαρμακῶδες ἡ νοσερὸν ἄλλως τὸ ὄδατο, οὐ πρόσεισιν.*

7: *Οὐ μὴν ἄλλα καὶ χειρονοργίᾳ χρῆσθαι τοὺς ἐλέφαντας ἴστοροῦσι καὶ γὰρ ἔνοτά καὶ λόγχαις*

Ael. VII, 45: *Οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ἱερεῖς ἔαντοὺς περιφραίνοντις οὐ παντὶ ὄδατι, οὐ μὴν οὐδὲ τῷ παρατυχόντι, ἀλλὰ ἐκείνῳ ἐξ οὗ πεπιστεύκασιν ὅτι ἄρα Ἰβίς πέπικεν. ἕσαστι γὰρ κάλλιστα ὅτι μήποτε ἀν πίοις ὄδατος ἐκείνῃ δυπαροῦ καὶ λελυμασμένον ἐξ τυων φαρμάκων. ἔχειν γὰρ τι πιστεύοντις ἐν ἔαντιῷ τὸ ζῷον καὶ μαντικῆς, ἀτε ἱερόν.*

Ἐλέφαντας δὲ ἀκούω τῶν τετρωμένων τοὺς ἀτρώτους πεφεισμένως ἐξαιρεῖν καὶ ἔνοτά καὶ

*καὶ τοξεύματα, παριστάμενοι τοῖς τετρωμένοις,
ἀνεν σπαραγμοῦ δρδίως καὶ ἀβλαβῶς ἐξέλκουσιν.*

22, 3: ὥσπερ αὖ καὶ τῶν βασιλέων, ἀετὸς
μὲν ὁ Πύρρος ἦδετο καλούμενος, ἵέραξ δὲ ὁ
Ἀντίοχος.

Manifestum est Aelianum, cum Plutarchi libro usus non sit, ad eundem fontem redire atque hunc, quod ordinem ipsum, in quo narrationes legerunt in libro auctoris sui, retinuerunt. Respondent enim apud

| | | | | | | | | | |
|--------------------|-------|-------|------------|-------|-------|-------|-------|----------|--------|
| Ael. VII capitibus | 10 | 10 | 13 | 37 | 40 | 42 | 44 | 45 | 45 |
| Plutarchi c. c. | 13, 8 | 13, 7 | 13, 11. 14 | 14, 4 | 14, 3 | 16, 2 | 17, 3 | 20, 4. 7 | 22, 3. |

Tantum c. 1 et 8 ab Aeliano et c. 21, 1 et 2 a Plutarcho hic ordo tollitur. Prioribus locis uterque scriptor, nomine Ctesiae allato, docet boves Susianos numeri vim intellexisse et numerare potuisse, posterioribus origes Aegyptios siderum motus peritos esse, cum eo die et ea hora, qua Sirius oreretur, vocem emitterent. Nihilo secius dubitari nequit, quin etiam hi loci ex eiusdem auctoris scriptis manaverint.

Eundem narrationem ordinem Ael. in libro VIII quoque servavit, quem apud suum et Plutarchi auctorem invenit. VIII, 1 et 15, 3 de robore miro canum Indicorum, quod ut cognosceret, exemplum Alexandro Magno prolatum est, VIII, 2 et 15, 4 de venandi studio dicunt canum, qui lepores quos ceperint, si liceat, lacerent, sed quos mortuos indagaverint, non tangant. C. 4 Aelianus et 23, 7 Plutarchus memoriae produnt L. Licinium Crassum mortem muraenae, quam ipse mansuefecerat, luxisse et a Gn. Domitio Ahenobarbo de hac re obiurgatum facete et acerbe respondisse: *ἐγὼ θηρίον, σὺ δὲ τρεῖς γυναικας θάψας οὐκ ἔκλανσας.* In eisdem capitibus uterque adiungit narrationem de sacris crocodilis Aegyptiis, qui voces sacerdotum eos curantium agnoscebant et Ptolemaeo regi illecebras eius spernentes maturum interitum divinaverunt. § 11 Plut. pisces divinantes Surae in vico Lycio inter Psellum et Myram sito commemorat, ut Ael. VIII, 5.

C. 24, 2 deinde ille, ut demonstret animalia aquatilia nequaquam rationis expertia esse, ostendit nullum animal, quod in aqua vitam degat, praeter ea quae omnino motu voluntario careant, tam facile capi quam asinos a lupis, apes a meropibus, cicadas ab hirundinibus, angues a cervis. Eadem testatur Ael. VIII, 6, sed is originem vocis *ἱλασφος* non explicat. C. 25 hic amicitiae trochili cum crocodilo mentionem facit, quem dormientem si ichneumon aggressurus sit, trochilus ab insidiis huius defendat. Idem exhibet Plut. 31, 2 sq., sed inimicitiam ichneumonis in crocodilum cum odio illius bestiae in aspidem confundens dicit ichneumonem contra morsus crocodili lorica lutea se munire.

C. 28 denique Ael., c. 32, 4 sq. Plut. de ellope et anthia exponunt, cur pisces sacri nominati sint.

Etiam his locis ordo narrationum apud Ael. et Plut. similis est:

| | | | | | | | | |
|-----------|---|---|---|---|---|----|----|-----------|
| Ael. VIII | 1 | 2 | 4 | 5 | 6 | 25 | 28 | respondet |
|-----------|---|---|---|---|---|----|----|-----------|

| | | | | | | | | |
|-----------|-------|-------|-------|--------|-------|-----------|-----------|--|
| Plutarcho | 15, 3 | 15, 4 | 23, 7 | 23, 11 | 24, 2 | 31, 2 sq. | 32, 4 sq. | |
|-----------|-------|-------|-------|--------|-------|-----------|-----------|--|

et modo cap. 3 Aelianus ordinem non servavit, ubi historiam de grato animo et pietate delphinorum erga Parium quandam, nomine Coeranum, narrat, quam Plutarchus c. 36, 12 cum aliis narrationibus de pietate delphinorum coniungit. Ex consensu eorum, quae ab Aeliano et Plutarcho allata sunt, perspicuum est utrumque scriptorem ab eodem auctore narratiunculas compertas habere. Nam praecipue libro VIII probatur Plutarchum Aeliani auctorem non fuisse quod historia de canibus Indicis

ab hoc c. 1 multo accuratius et uberius exposita est quam ab illo c. 15, 3 et illud facete a Crasso dictum apud Aelianum 4: ἐγὼ θηρίον, σὺ δὲ τρεῖς γυναικας θάψας οὐκ ἔκλαυσας aliud est, aliud apud Plutarchum 23, 7: Οὐ σὺ τρεῖς θάψας γυναικας οὐκ ἔδάχρωας; Praeterea c. 31, 2 sq. Plut. aspidem et crocodilum, ut supra dixi, confudit, Ael. c. 25 ichneumonem bellum contra crocodilum parare non tradit.

Communis Aeliani et Plutarchi auctoris liber, cum in eo L. Licinii Crassi, qui a 92 a. C. censor erat, et bellorum civilium mentio fiat, non ante medium saeculum primum a. C. perfici potest. Sed etiam Jubae regis scriptis auctor huius libri usus est, cum fabulam de elephantis a Ptolemaeo Philopatore immolatis ap. Ael. VII, 44 et Plut. 17, 3 ex Jubae libris transcriptam esse constet (cf. Wellmann, Hermes XXVII p. 398). Deinde narratiuncula de cane Poli ap. Ael. VII, 40 et Plut. 14, 3, qui histriponem Pyrrhum nominat (in hunc errorem inductus esse videtur quod fere eodem loco ab eius auctore id narratum erat, quod ap. Ael. VII, 37 et ap. Plut. 14, 4 exstat), a Juba prolata est, nam quae sequuntur in eodem Aeliani capite verba: πέπνουσμαι δὲ καὶ Αἴθιόπων εἶναι ἔθνος, ἐν φύσισι λενέται κύων, καὶ τῇ ἐκείνου ὁρμῇ πειθονται, κνυζώμενον τε λοσσιν, ὅτι μὴ θυμοῦται καὶ ὑλακτοῦντος τὴν ὄργην συνιᾶσσιν, confirmantur a Plinio VI, 192: „at ex Africae parte Tonobari, Ptoenphae, qui canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes.“ Plinium autem Jubae auctoritatem in hac descriptione Africæ secutum esse verisimillimum est (cf. Susemihl Gesch. d. gr. Lit. II, 408 Anm. 341). Ut ab Aeliano in hoc capite, ita etiam a Plinio VI, 191 Aristocreon laudatur. Aliis quoque libri VII locis demonstrare possumus Jubae libros fontem Aeliani fuisse. VII, 2 Ael. elephantos θεοφιλεῖς nominat, ut Juba apud Plut. 17, 2 dicit: θεοφιλέστατόν ἔστι τὸ θηρίον, c. 18 zmaragdos circa Copton oppidum Thebaidis erutos commemorat, de quibus Juba ap. Plin. XXXVII, 69 citatur, c. 22 de hyaena et crocotta eadem tradit, quae Plinius VIII, 106 et 107 ex Juba affert. C. 23 Ael. ipse Jubam laudat, c. 36 elephantorum descriptio cum Plin. VIII, 23 comparanda est, et multa alia de quibus Aelianus in libris VII et VIII disserit, eum Jubae debere iam Wellmann (l. l. p. 339 sqq.) docuit.

Quae cum ita sint, dubitari nequit, quin auctor Aeliani et Plutarchi librum suum scripserit, postquam Juba volumina sua de Libya et de oriente composuit. Hic auctor Alexander Myndius erat, cui de catoblepa narratiunculam Aeliani VII, 5 iam Wellmann (Hermes XXVI p. 549) tribuit. Eiusdem beluae descriptionem Plinium VIII, 77 ex Jubae libris deprompsisse ei persuasum erit, qui verba illius de fonte Nili loco allato et V, 51 comparaverit. Praeterea libri VII capita 23. 36. 44. 45 et l. VIII caput 17 Aeliano ab Alexandro tradita Wellmann Jubae libris restituit. Ad Alexandri auctoritatem etiam fabulam de amicitia delphini erga puerum Jassensem cum apud Plutarchum 36, 10 tum apud Aelianum VI, 15 revocandam esse verisimile est, quod Jassos oppidum proxime Myndum, situm erat, ubi Alexander natus est.

Nonnulla, quae ab Ael. VII et VIII et a Plutarcho in libro de soll. an. narrantur, etiam apud Plinium in libro VIII inveniuntur. De fide canis, qui Pyrrho regi homicidas domini sui indicavit, Plinius eadem exposuit § 142, quae Ael. VII, 10 et Plut. 13, 8 sqq. Eodem capite uterque scriptor de fide canis Calvi Romani similia profert ac Pliniis § 144 de cane Caelii senatoris, qui bello civili Placentiae ab armatis imperfectus est. De mulo Atheniensi dicunt Plin. 175, Plut. 13, 14, Ael. breviter VII, 13, accuratius VI, 49. Elephanti solem venerari docent Plin. 2, Ael. VII, 44, Plut. Juba citato 17, 2. Ibi usum clysmi homines docuisse legimus ap. Plin. 97, Ael. VII, 45, Plut. 20, 4. De origine canum Indorum Plin. 148, Ael. VIII, 1 disserunt. Multa etiam alia capita

Aeliani librorum VII et VIII cum Plinii narratione congruunt, sed iam ex eis quos ascripsi locis colligi necesse est Aelianum et Plutarchum auctoris libro usos esse, cui maxima similitudo erat cum libro, quem Plinius ad librum VIII conscribendum adhibuit.

Sed ut cognoscamus, quis auctor eius fuerit, necesse est nos perscrutari quo tempore eae narrationes ortae sint, quas Plinius de fide aliisque virtutibus canum et equorum narrat. De origine quidem canum Plinius § 148 eadem refert quae Arist h. a. 8, 28 p. 607 A. 3 et Aelianus VIII, 1, sed hic scribit Alexandrum doluisse, quod cani, qui morsu adversarium pressit, omnia membra ab Indo paulatim deciderentur, donec occidisset, ut constantia et pugnandi cupiditas bestiae pateficeret, Indum autem, ut regem consolaretur, ei promisisse se quattuor alios eiusdem generis regi dono datum esse. Quae narratio ab Onesicrito tradita esse videtur, ut ex Strabone XV, 31 C. 700 appareret, qui regem Indorum idem promittentem facit, quod Aelianus: ὅτι τέτταρες ἀντιδώσω σοι. Apud Plinium rex Albaniæ canem ingentis magnitudinis misit et ei, cum naturam et indolem bestiae parum intellexisset et eam, quod ignava et pigra esse ei videbatur, interfici iussisset, alterum canem donavit dicens „ne in parvis experiri vellet sed in leone elephantove. duos sibi fuisse, hoc interempto praeterea nullum fore.“ Plinii narratio, quod Albaniam commemorat, ea demum aetate orta esse videtur, qua Romani, postquam Pompeius bello Mithridatico eam terram expugnavit, eam noverant. Hoc verisimilius fit, si Plinius in historia de Caelio senatore § 144 eundem fontem adiit atque Ael. VII, 10 et Plut. 13, 7, etsi ei virum Calvum nominant. Nam eius quoque historiae auctorem post bellum inter Sullam et Cinnam gestum vixisse ex Val. Maximo IV, 7, 5 elucet. Narratiunculae quoque Aeliani VIII, 4 et Plutarchi 23, 7 ad idem fere tempus revocandae sunt, et Volcatius, qui Cascellium ius civile docuit, a Plinio § 144 commemoratus, eodem tempore vixit.

Perlustrantes vero eius aetatis auctores Romanos, quos Plinius in indice libri VIII laudat, Varronem solum esse videbimus, quem secutus esse possit. Varronis autem libris eum usum esse, eo comprobatur, quod multae narratiunculae, quas apud Plinium hoc loco et aliis legimus, adeo cum Aeliani libro VI consentiunt, ut colligendum sit eas ex uno fonte fluxisse.

De calliditate vulpis, quae in Thracia crassitudinem glaciei exploret, Plin. 103, Ael. VI, 24, Plut. 13, 2 narrant ea quae iam antea (p. 6) attuli.

Sequente capite (25) Aelianus idem refert de cane Lysimachi quod Plin. 143 Duride laudato et Plut. 14, 2:

Plin: is vero, cui nomen Hyrcani redit Duris accenso regis Lysimachi rogo iniecit se flammae.

Ael: καὶ Λυσιμάχῳ δὲ τῷ βασιλεῖ κύων κουνοῦ τοῦ τέλονς ἔκανε μετέλαβε σωθῆναι δυνάμενος.

In eodem Aeliani capite de Silanione quodam idem traditur quod Plinius paulo ante (l. l.) de Jasone Lycio scribit, ita ut errare mihi non videar, si conicio utrumque scriptorem narratiunculam eidem fonti debere et loco Pliniano voces „Jasone Lycio“ in vocem „Silanione“ esse emendandas:

Plin: canis Jasone Lycio interfecto cibum capere noluit inediaque consumptus est.

Plut: Οὐ δὲ καὶ πρὸς τὰ χερσαῖα τῷ λόγῳ τούτῳ χρώμενος, ἀπηγῆς καὶ θηριώδης ἢ μηδὲ Λυσιμάχῳ τι γεγονέναι φίσει πρὸς τὸν κύνα τὸν Υγανὸν δικαίου, ὃς τεκρῷ τε μόνος παρέμεινεν αὐτῷ καὶ καομένου τοῦ σώματος, ἐνδραμὼν αὐτὸς ἔαντὸν ἐπέρριψεν.

Ael: . . . καὶ ὁ Σιλενίωνος καὶ ἐκεῖνος τῷ δεσπότῃ (sc. ἐπαπέθανε), καὶ οὕτε πρὸς βίαν οὕτε σὺν κολακείᾳ ἀπέστη τοῦ τάφου.

De divinatione murium loquuntur Plin. 103 et Ael. VI, 41:

Plin: ruinis imminentibus
musculi praemigrant. Ael: πεπίστενται δὲ καὶ ἐξ οἰκιας ἀπάσης, ἥτις μέλλει πεσεῖ-

σθαι, οὐδὲν ἔχοντι μετοικίζεσθαι πάντας.

De Bucephala et equo Antiochi Ael. VI, 44 et Plin. § 154 et 158, de Bucephala etiam Plut. 14, 5.

Plin: Eidem Alexandro et equi magna raritas contigit. Bucephalan eum vocarunt sive ab adspectu torvo sive ab insigni taurini capitinis armi impressi. XVI talentis ferunt ex Philonici Pharsalii grege emptum etiam tum puer captus eius decore. neminem hic alium quam Alexandrum regio instratu ornatus recepit in sedem, alias passim recipiens. e. q. s.

Plin. 158: Phylarchus refert Centaretum e Galatis in proelio occiso Antiocho potitum equo eius consenserdisse ovantem, at illum indignatione accensum domitis frenis, ne regi posset, praecipitem in abrupta isse exanimatumque una.

C. 49 Aelianus de mulo Atheniensi idem tradit quod Plin. 175 et Plut. 13, 14:

Plin: mulum LXXX annos vixisse Atheniensium monumentis appareret. gavisi namque, cum templum in arce facerent, quod derelictus senecta scandentia iumenta comitatus nisuque exhortaretur, decretum fecere ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent.

Ael: Ἡμίονος γέρων Ἀθήνησιν ὑπό γε τοῦ δεσπότου τοῦ ἴδιον τῶν ἔργων ἀπολυθεῖς ὡς Ἀριστοτέλης. (h. a. VI, 24, 577, B. 2, 29 sq.) λέγει, τοῦμὲν φιλοπόνον καὶ ἐθελουργοῦ καθ' ἡλικίαν ἔαντὸν οὐκ ἀφῆκεν. ἵρικα γοῦν Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τὸν Παρθενῶνα, οὗτε ἐπισύρων οὗτε ἀχθοφορῶν δικιας τοῖς νέοις ὁρεῦσι προφορουμένοις τὴν ὄδὸν ἄκλητος καὶ ἔκὼν οἰονεὶ παρασειρος ἦσι, δορυφορῶν ὡς ἀνείποις καὶ παρορμῶν τὸ ἔργον τῇ βαδίσει τῇ κοινῇ δίκην τεχνίτον παλαιοῦ τοῦ μὲν αὐτονομεῖν ὑπὸ τοῦ γῆρας ἀπολυθέντος, ἐμπειρίᾳ δὲ καὶ διδασκαλίᾳ ὑποθήγοντός τε ἀμά τοὺς νέους καὶ ἐπαίροντος. ταῦτα οὖν μαθόντες ὁ δῆμος τῷ κήρυκι ἀνειπεῖν προσέταξαν, εἴτε ἀφίκουτο ἐς τὰ ἄλφιτα, εἴτε ἐς τὰς κρηθὰς παραβάλου, μὴ ἀνελογεῖν, ἀλλ' ἐὰν σιτεῖσθαι ἐς κόρον, καὶ τὸν δῆμον ἐκτίνειν ἐν Προντανείῳ τὸ ἀργύριον, τρόπον τινὰ ἀθλητῇ σιτήσεως δοθεῖσης ἥδη γέροντι.

Luce clarius est hoc loco Aelianum et Plutarchum eundem librum ad narratiunculas suas adhibuisse componendas, sed hunc librum Aristotelis hist. an. non fuisse.

Ael: καὶ ὅποιος μὲν ἣν ὁ Βουκεφάλας ἐστὶ Άλεξανδρον διαρρεῖ πανταχόσε δὲ λόγος, καὶ οὐ μοι λέγειν αὐτὸν ἥδιον ἔστι.

Plut: Οὐ δὲ Βουκεφάλας γυμνὸς μὲν ὧν παρεῖχεν ἀναβῆναι τῷ ἵππονόμῳ, κοσμηθεὶς δὲ τοῖς βασιλικοῖς προκοσμίοις καὶ περιδεραῖοις οὐδένα προσίετο, πλὴν αὐτὸν Άλεξανδρον. τοῖς δ' ἄλλοις εἰ περιφύμενοι προσίοιεν, ἐνεντίος ἐπιτρέχων ἐχρεμέτιζε μέγα καὶ συνήλλετο, καὶ κατεπάτει τοὺς μὴ πρόσω ιεσθαι μηδὲ ἀποφεύγειν φθάσαντας.

Ael: καὶ τὸν Ἀντιόχου δὲ ἵππον τὸν τιμωρήσαντα τῷ δεσπότῃ καὶ ἀποκτεννατα τὸν Γαλάτην ὅσπερ οὖν ἀπέσφαξε τὸν Ἀντιόχον ἐν τῇ μάχῃ (ὄνομα δὲ τῷ Γαλάτῃ Κενταράτης ἦν) ἐώ καὶ τοῦτον.

Plut: Τὸν γὰρ ἐκατόμπεδον νεών Περικλέους ἐν ἀκροπόλει κατασκευάζοντος, ὡς εἰκὸς, λίθοι προσήγοντο πολλοῖς ζεύγεσι καθ' ἡμέραν· ταῦτα οὖν συνειργασμένων μὲν προθύμως, ἥδη δὲ διάγηρας ἀφειμένων ὁρέων εἰς κατερχόμενος εἰς Κεραμεικὸν, καὶ τοῖς ἀνάγονοι ζεύγεσι τοὺς λίθους ὑπαντῶν, ἀεὶ συνανέστρεψε καὶ συμπαρετρόχαζεν οἷον ἐγκελευόμενος καὶ παρορμῶν. διὸ θαυμάσας αὐτοῦ τὴν φιλοτιμίαν ὁ δῆμος ἐκέλευσε δημοσίᾳ τρέφεσθαι, καθάπερ ἀθλητῇ σίτησιν ὑπὸ γῆρας ἀπειρηκότι ψηφισάμενος.

C. 53 Aelianus et § 148 Plinius docent cur canes ex Nilo currentes bibant, cap. 62 Aelianus de cane Gelonis historiam invenimus, quam Plinius § 144 Philisti nomine allato leviter perstringit: „memorat et Pyrrhum Gelonis tyranni canem Philistus.“

Qui omnia haec loca a me ascripta examinaverit, concedet Aeliani et Plutarchi auctorem ad eundem fontem primarium redire atque Plinii auctorem Varronem. Nam quin hunc Plinius in locis quos attuli secutus sit, non dubito.

Quae enim de sollertia vulpis Thraciae et de divinatione murium Plinius scripsit, Varronianas esse iam antea (p. 13) demonstrare conati sumus, Philisti historia de cane Gelonis § 144 Münzer (l. l. p. 156) eiusdem scriptoris esse putavit. Etiam historia Philini de equo Dionysii tyranni § 158, historiae de equo Scythico et Reatino § 156 Varroni assignandae sunt. Ad fabulam autem de canibus Albanis § 154 Plinius historiam de Bucephala equo Alexandri artissime annexit, ut pergit: „eidem Alexandro et equi magna raritas contigit“, quasi in his narratiunculis unum tenorem servaverit, et oblitus sit se tribus qui intercedunt paragraphis eum sustulisse. Qua re efficitur etiam illas historias de canibus Albanis et de Bucephala in eodem libro traditas esse. Quod autem § 158 de Antiochi equo dicit, in eodem libro invenit, in quo historiam de Bucephala, ut ex Aeliano VI, 44 cognoscimus. Cum vero Phylarchus modo tribus locis a Plinio laudetur, nostro loco, VII, 17, X 208 et VII, 17 sententiam illius ex Varronis scriptis eum didicisse constet, verisimile est eum etiam nostro loco Phylarchi narrationem ex Varronis libris hausisse. Quod autem §§ 142. 143. 144. 149 sq. 154. 158 Plinius disserit, quae Alexandre Magno et regibus Pyrrho, Lysimacho, Nicomedi, Antiocho acciderint, iam ea de causa verisimile est Varronem ipsum omnia sua ex aliquo libro sumpsisse, qui de Alexandre et eorum qui ei successerunt aut qui horum dissensionibus se immiscuerunt, vita compositus erat.

Nihilo secius negari nequit etiam alia, quae Plinius inter § 142—148, 149—150, 154—158 exposuit, ex aliis fontibus fluxisse. Ita fabulam Garamantum regem a canibus CC ab exsilio redditum esse, § 142, Jubae libris assignari oportet, quem de Garamantum populo scripsisse ex Plinio VI, 209 perspicitur. Etiam de bobus apud eundem populum retro pascentibus Alexandrum Myndium narravisse Wellmann Hermes XXVIII p. 548 ex Aeliano XVI, 33 et Athenaeo V, 221 e evicit. Cum vero eadem narratiacula etiam apud Plinium VIII, 178 inveniatur, etiam haec ex Jubae scriptis hausta est et § 142 verba de canibus Garamantum eidem auctori tribuenda sunt, qui a Plinio ipso § 155 laudatur.

Haec hactenus. Etiamsi multa a Plinio narrata aliis scriptoribus adscribi necesse est, tamen non dubito, quin non modo ei quos attuli loci ex Varronis libris fluxerint, sed etiam quin in multo pluribus libri naturalis historiae VIII narrationibus Plinius Varronis sectator fuerit, quamquam vestigia huius indagari saepe non possumus.

Paul Rusch.

Schulnachrichten.

I. Allgemeine Lehrverfassung.

1. Übersicht über die einzelnen Lehrgegenstände und die für jeden derselben bestimmte Stundenzahl. A. Gymnasium.

| Lehrgegenstände. | Ia 1 | Ib 2 | Ib 1 | IIa 1 | IIa 2 | IIb D. | IIb M. | IIIa D. | IIIa M. | IIIb D. | IIIb M. | IV D. | IV M. | V D. | V M. | VI D. | VI M. | Sa. |
|---|---------|---------|---------|----------|----------|-----------|-----------|------------|------------|------------|------------|----------|----------|---------|---------|----------|----------|-----|
| Religionslehre | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 3 | 36 |
| Deutsch und Geschichtserz. | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 2 | 2 | 2 | 2 | 3 | 3 | 3 | 3 | 4 | 4 | 49 |
| latein | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 8 | 8 | 8 | 8 | 123 |
| Griechisch | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | — | — | — | — | — | — | 66 |
| Französisch | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 3 | 4 | 4 | — | — | — | — | 36 |
